Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



102

Vere dignum et iustum est equum et salutare. Nos tibi semper et ubique gratias agere domine sancte pater omnipotens eterne deus. Per xpm dominum nostrum. Qui post resurrectionem suam omnibus discipulis suis manifestis apparuit et ipsis cernentibus est elevatus in celum. ut nos divinitatis sue tribueret esse participes. Et ideo cum angelis et archangelis. cum thronis et dominationibus. Cumque omni milicia celestis exercitus ymnum glorie tue canimus sine fine dicentes. Sanctus

Infra actonem Communicantes et diem sacratissimum celebrantes quo dominus nr unigenitus filius tuus unitam sibi nre fragilitatis substanciam in glorie sue dexteram collocavit. Sed et mem.

Per omnia secula seculorum. Am. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Sursum corda. Habemus ad dnm. Gratias agamus domino deo nro. Dignum et iustum est.

De ascensione plenus off

Vere dignum et iustum est equum et salutare. Nos tibi semper et ubique gratias agere domine sancte pater omnipotens eterne deus. Per xpm